

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Innocencia d  
cum fonte primo

Innocencia et integritas leui sorde aspersa uiolatur et graciae sue munus amittit.

Ambrosius in exameron.

haec ne qua incidentis iniuriae offensione laedantur,  
pilis hinc inde consertis uelut quodam uallo per circuitum muniuntur:  
unde tutum auxilium sibi postulans propheta ait: custodi me, domine, ut pupillam oculi,  
ut protectionis diuinae fieret ei tam sollicita  
et tuta custodia quam pupillam oculi tutissimo quodam naturae uallo munire dignatus est,  
simul quia innocentia et integritas leui sorde aspersa uiolatur et gratiae suae munus amittit  
et ideo prospiciendum,  
ne quis eam puluis erroris oblimet aut ulla uexet festuca peccati, quia scriptum est:  
eice primum trabem de oculo tuo et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui.

Ambrosius Mediolanensis, *Exameron*, 6.9.60 (CSEL 32.1, C. Schenkl ed., p.251, ll.9-20).